Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



si omnia dñ fecit in utilitate hominum fecit quid necesse fuit eŷ nicem facere & pulicem. ego tibi breuiter respondeo: ut ostenderetur: O homo si uirgitas tua; quienim cogitationem tuam in caelum pons respice morderis acimice & contremescis; qui dirigeris in caelum & cogitatio tua transcendit in caelum ecce a nice uulnerauerit; quam magnificata sunt opera tua dñe, paruam quidem corpore sed magna uirtute. singula habent utilitates suas,

Ego sic miror dñm in elefante quomodo & in formica, sic illum predico in camelo quomodo & in culice, uide culicem quomodo quasi punctus cuiusdam corpusculi est & tamen uide in ipso puncto corpusculi omnia ee membra diuisa; hab & sex pedes: hab & duos oculos: hab & os: hab & uentrem. hab & tubam uocis. hab & alas.

Si considerauerit membra corpus non inuenies & tamen magnificatur dñs: quia si necorporem membra sunt omnia, Nimis profunde facta sunt cogitationes tuae: quodcumque cogitauero inuenire non possum: abysus iudicia tua; O profundum diuitiarum sapientiae & scientiae dei. Dicam & ego cum ecclesiaste; dixi sapiens efficiar & ipsa longius facta e ame longius multo quam erat & profunda; quasi inuenire potest ecclesiaste: quod dicit hoc e antequam cogitationem meam in opere ponerem: non uidebam magnificentiam dei. Dixi sapiens efficiar. hoc est dixi debeo quaerere rationes singularum causarum & ipsa longe facta est ame longius multo quam erat hoc e sapientia quam antea non inquirens ignorabam; postea quaerere coepi: Inuenire non potuiam; Uir insipiens non cognoscet & stultus non intellegit haec; quicumque non est xpianus & in operibus non intellegit creatorem: iste insipiens est.. Cum exorti fuerint peccatores sicut faenum. Uidisti imperatores: uidisti prefectos: uidisti exercitus: uidisti victorias & triumphos: heri fuit & hodie non est.. Et apparuerunt omnes qui operantur iniquitatem: ut intereant in saeculum saeculi; heri apparuit quasi flos: hodie flos ipse non conparet; heri uirebat herba hodie siccata est; ubi est illa pulcritudo nihil bonum est nisi quod aeternum est: nihil bonum e nisi quod perpetuum est; quod cum quefinem habet nec inter bona numerandum est; quidenim mihi prodest si heri opsetus fui & hodie fame morior: quid mihi prodest si ante diem heri exsul fui & hodie in carcere morior.

Omne quod praeteriit est & finem habet nihil est.. Unusquisque nostrum de saeculo uenit ad hanc uitam: Alius matrem relinquit alius filios: alius uxorem. alius parentes;

Recordemur infantiae nostrae. recordemur adulescentiae. recordemur quod aliquando habuerimus diuitias: & unusquisque prouiribus suis habuit quod potuit. Ecce uentis ibimus ad hac uita: Ubi sunt illa omnia cogitata magis dolorem faciunt: quam uoluptatem; nihil e taque bonum: nisi quod perpetuum est; tu autem alitissimus in aeternum dñe. quam ecce inimici tui dñe: quam ecce inimici tui peribunt & dis